NÚM. 30. Jueves 28 de Julio de 1887. AÑO XXXV.

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEÓN.

RECEPCIÓN
del nuevo Señor Nuncio en España.

«El día 6 del actual á las cinco de la tarde S. M. la Reina Regente del reino (Q. D. G.) se dignó recibir en audiencia pública, y con las formalidades de costumbre, al Excelentísimo monseñor Angel di Pietro, Arzobispo de Nacianzo, nombrado Nuncio apostólico en esta Corte.

»Acompañaban á S. M. el Excmo. Sr. presidente del Consejo, el ministro de Estado, y los demás señores ministros, los altos funcionarios de la real casa, gentiles hombres, grandes de España, mayordomos de semana y demás servidumbre que asiste á esta ceremonia, y al Excmo. Sr. Arzobispo de Nacianzo el personal de la Nunciatura.

»Previamente anunciado por el Sr. segundo introductor de embajadores, monseñor di Pietro entregó á S. M. el Breve pontificio que le acredita en calidad de Nuncio apostólico, y pronunció con este motivo el siguiente discurso:

«Señora: Tengo la alta honra de elevar á las reales manos de V. M. la carta que me acredita como Nuncio apostólico. El venerable y sapientísimo Pontífice Soberano León XIII me envía como sucesor de un Príncipe de la Santa Iglesia, á quien estima altamente, cerca de una reina que ennoblece el trono con el ex-

plendor de sus virtudes: á una nación generosa, caballeresca y verdaderamente católica. No puedo menos de reconocer que la pequeñez de mis fuerzas no corresponde á la grandeza de mi misión.

»Pero confío en Dios, cuya ayuda tiene esperanza de obtener siempre quien defiende y ampara, como es mi deber, los sacrosantos intereses de la Religión.

Consagraré, además, toda clase de esfuerzos y de solicitud á mantener y hacer, si es posible, más estrechas y cordiales las relaciones que felizmente existen entre la Santa Sede y el gobierno de V. M. persuadido de que la concordia que reina entre ambas potestades proporciona, tanto á la Iglesia como al Estado, ventajas, cuyo precio á nadie puede ser indiferente. El logro de mis deseos será mucho más fácil con el poderoso auxilio que me lisonjeo he de encontrar en la sabiduría y benevolencia de V. M. y en la leal y eficaz cooperación de su gobierno.

»Tengo, finalmente, la gran satisfacción de asegurar á V. M. que mi augusto Soberano, el Supremo Gerarca de la Iglesia, desea ardientemente la mayor suma posible de prosperidades para el reino de España, y que sus sentimientos hácia V. M., su augusto hijo y toda la real familia son verdaderamente de especial cariño y de afecto paternal.»

»S. M. la Reina se dignó contestar:

«Señor Nuncio: A las muchas pruebas del interés que por el engrandecimiento del pueblo español y por el bien de mi real familia tengo recibidas del venerable Pontífice que os acredita ante mi Corte, se une el nuevo testimonio que de su bondad me ofrecen vuestras palabras. De ellas me felicito muy cordialmente, pues aunque en la historia de la católica España el acuerdo entre las dos potestades ha sido rara vez interrumpido, quizás en ninguna época se ha mostrado más potente que en la actual el interés del Padre Santo por los españoles, y el respeto y cariño que á ellos inspiran las altas y esclarecidas dotes del Pontífice y los señalados servicios que de Él recibe la causa de la civilización.

»Continuad, pues, confiadamente la obra de vuestro ilustre predecesor, en la seguridad de que no han de faltaros, ni las simpatías del pueblo espanol, ni la cooperación de mi gobierno.»

Terminada la recepción oficial, el excelentísimo señor Nuncio Apostólico presentó á S. M. el personal de la Nunciatura, retirán-

dose con los mismos honores que se le tributaron al dirigirse á Palacio.»

El Boletín Eclesiástico de León dá la más cordial y respetuosa bienvenida al Excmo. é Ilmo. Sr. Di Pietro y le desea todo género de prosperidades en el desempeño de su altísima misión en esta católica é hidalga nación.

EX S. CONG. CONCILII.

Sobre derechos de los Párrocos.

En virtud del Concordato que prohibe á los Cabildos y Comunidades ejercer el ministerio *de curam animarum,* hubieron de crearse en las Catedrales que de antiguo tenían aquel cargo, parroquias nuevas independientes del Cabildo; pero faltando iglesias en donde el Párroco cumpliese libremente sus obligaciones propias, fué menester ordenar los actos de manera que ni el ministerio parroquial impidiese el culto catedral, ni este fuese obstáculo á aquel. Surgió además otra cuestión que no en todas partes se ha resuelto de igual manera, acerca del cobro y de administración de lo que el Gobierno paga para el culto y fábrica de la Parroquia.

En la Catedral de Pamplona se erigió la parroquia en la capilla de San Juan Bautista, y según un arreglo hecho ó aprobado por el Obispo, el Cabildo percibía los emolumentos parroquiales, que no fuesen del curato ó de las personas, encargándose de proveer á todas las necesidades de la Fábrica, el canónigo Arcipreste en el nombre del cabildo celebraba la Misa parroquial en los dias de las tres Pascuas y en el de San Juan Bautista titular de la parroquia, y esta carecía de Cruz propia diferente de la de la Santa Catedral.

El párroco actual acudió al Prelado, no pareciéndole bien este orden, y el Obispo propuso someter el asunto al arbitraje del Nuncio; pero el Cabildo recurrió á la Santa Sede. Pedidos informes y consideradas las razones alegadas, ya por el Cabildo, ya por el Párroco la Sagrada Congregación del Concilio, respondió á las siguientes dudas:

1 *An Parochus S. Joannis Baptistæ, una cum concilio fabricæ, jus habeat administrandi suos et paroeciæ reditus independentes á Capitulo in casu.*

2. *An idem jus habeat elevandi crucem propiam, aliam á capitulo in casu.*

3. *An aspersionem ante Missam diebus dominicis valeat habere in casu.*

4. *An excludere possit Archipresbyterum á celebratione Missæ in capella S. Joannis Baptistæ hora parochi propria, dictis diebus in casu.*

Resolución. *Sacra C. Concilii, re discussa, sub die 23 Januarii* 1886, *censuit respondere: Ad.* 1. Affirmative. *Ad* 2. Affirmative, *Ad* 3. Servetur usus aliarum Cathedralium in Hispaniis. *Ad* 4. Affirmative.

Considerándose el Cabildo gravado con esta resolución, pidió y obtuvo nueva audiencia, y nombró patrono ó abogado que defendiese su causa. La S. C. C. le oyó y pesó las razones de nuevo aducidas, resolviendo las siguientes dudas:

1. *An sit standum vel recedendum á decisis in primo dubio in casu.*
2. *An sit standum vel recedendum á decisis in secundo dubio in casu.*
3. *An sit standum vel recedendum á decisis in tercio dubio in casu.*
4. *An sit standum vel recedendum á decisis in quarto dubio in casu.*

Resolución. *Sacra Cong. Concilii, re perpensa. sub die* 29 *Januarii* 1887 *respondere censuit:* In decisis, firmo tamen remanente Parochi onere contribuendi pro impensis Sacrarii et Fabricæ ejusdem Capellæ et amplius.

Tráelo el último número de la revista romana *Acta Sanctæ Sedis*, cuya redacción añade:

«*Ex quibus colliges:* 1. Cum Parochus in Ecclesia sua teneat locum Episcopi; hinc jure communi ad eumdem pertinet moderatio functionum in sua Ecclesia peragendarum; nec non administratio reddituum oblationum et eleemosynarum, quæ eidem obveniunt ratione curæ animarum aliorumque divinorum.

3. «Conventiones initas inter Apostolicam Sedem et supremos cujuslibet regni administratores haberi loco juris communi pro regno illo; ad cujus normam res ecclesiasticæ tractandæ sint.

4. «In themate, ex pactis conventis inter duas auctoritates, sublato quocumque privilegio, usu aut consuetudine, jus novum inducitur, quod jubet nullum capitulum aut collegium ecclesiasticum adnexas habere posse parœcias; ex quo sequitur quod Capitula nedum priventur cura spirituali animarum, sed etiam bonorum parœciarum administratione; pro qua constituitur concilium Fabricæ, cui præficitur parochus aut ejus vicegerens.

5. «Objectum statutorum capitularium id esse, ut certæ constituantur normæ quoad excercitium divini cultus et quoad servitium chori ceteraque munia, rite obeunda.

6. «Nulliter agi eadem Capitulorum statuta quoties aliquid constituant de juribus, aut de personis quæ ad Capitulum non pertinent, sive aliquid decernere præsumant contra jus commune

aut contra pacta conventa inter Apostolicam Sedem regiamque auctoritatem loci.

7. «Nullum superesse dubium quod parochus, sua plena independentia donatus, jus habeat propriam elevandi crucem et Missam hora parœciali pro populo celebrandi absque ulla resevatione ....

EX S. CONG. INDULGENTIARUM

DECRETUM

ORDINIS CARMELITARUM ANTIQUÆ OBSERVANTIÆ

DE SCAPULARI B. M. V. DE MONTE CARMELO Á SIMULTANEA PLURIUM SCAPULARIUM TRADITIONE EXCIPIENDO

Ab initio hujus sæculi in usu esse cœpit quatuor Scapularium simultanea et compendiosa traditio, nempe SS. Trinitatis, B M. V. de Monte Carmelo, Inmaculatæ Conceptionis, septem Dolorum, quibus nuperrime additum est quintum, scilicet Scapulare rubrum Passionis D. N. J. C. Hæc facultas benedicendi imponendique simul prædicta Scapularia collata primitus alicui religioso Instituto, tempore præsertim SS. Missionum, breviori adhibita formula á S. R. C. approbata, deinde Sacerdotibus quoque sæcularibus indulta est, qua etiam extra tempus SS. Missionum peragendarum ipsi utuntur. Quamvis autem hæc agendi ratio fortasse contulerit ad istorun Scapularium receptionem facilius propagandam, ea tamen occasio fuit cur præcipuus ille honor, quo christifideles Scapulare carmeliticum quavis ætate celebrarunt, imminueretur, et fervens erga illud devotio aliquantulum tepesceret. Porro Scapulare Carmelitarum quod nobilitas ipsa originis, veneranda antiquitas; latissima ejusdem in christiano populo pluribus abhinc sæculis propagatio, nec non salutares per Illud habiti pietatis effectus, et insignia quæ perhibentur patrata miracula mirabiliter commendant, omnino postulare videtur distinctionen honoris in ipso receptionis ritu, ut non quidem cum aliis commixtim, quasi unum ex pluribus, sed prouti in sua primitiva institutione illud beatissima Virgo uti tesseram propiam sui Ordinis tradidisse fertur B. Simoni Stokio, fidelibus quoque distinctim tradatur, nec cum iliis simul Scapularibus connumeretur. Ex quo procul dubio fiet ut illa singularis omnino, universalis et constans totius catholici Orbis religio integra servetur erga hoc sacrum Scapulare marianum, quod veluti antonomastice Scapulare audit, jure meritoque orta ex eo quod, uti traditur, pientissima Virgo speciales favores, gratias et privilegia conferre spoponderit devote gestantibus hoc suum prædilectionis signum.

Hæc sedulo perpendens hodiernus Vicarius carmelitici Ordinis antiquæ observantiæ Rmus. P. Angelus Savini honori simul consulere exoptans et devotioni sacri Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo, instantibus quoque sui Ordinis Fratribus, huic S. Congregationi Indulg. et SS. Reliq. sequens dubium discutiendum proposuit:

Utrum conveniens sit Scapulare B. V. M. de Monte Carmelo, honoris et devotionis causa, separatim potius et distincte, quam cumulative et commixtim cum aliis quatuor vel pluribus Scapularibus benedicere et imponere?

Emmi. ac Rmi. Patres in Generali Congregatione apud Vaticanum habita die 26 Martii 1887, re mature perpensa, rescripserunt: *Affirmative: et consulendum SSmo., ut Indultum huc usque in perpetuum concessum, etiam Regularibus Ordinibus et Congregationibus induendi christifideles Scapulari carmelitico commixtim cum aliis Scapularibus revocetur, et ad determinatum tempus coarctetur, neque in posterum amplius concedatur.*

Facta vero de his relatione in Audientia habita 27 Aprilis 1887 ab infrascripto Secretario, Sanctissimus D. N. Leo Papa XIII Patrum Cardinalium responsionem approbavit, decrevitque ut præfatum Indultum in posterum non amplius concedatur, ac illi omnes, etiam Regulares Ordinis vel Congregationes, quibus Indultum ipsum quocumque nomine vel forma ab Apostolica Sede est concessum, eo tantummodo *ad decennium* perfruantur ab hac die computandum.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 27 Aprilis 1887. — Fr. Thomas M.ª Card. Zigliara, *Præfectus*.— ✠ Alexander, Episcopus Oensis, *Secretarius*.

Llamamos la atención sobre el siguiente importantísimo Rescripto

EX S. PŒNITENTIARIA APOSTOLICA

Dubia quoad clausulas quibus utitur Dataria Apostolica in expediendis dispensationibus matrimonialibus:

Beatissime Pater:

Episcopus L. exponit quod inter novas clausulas quibus Dataria Apostolica in expediendis dispensationibus matrimonialibus utitur, invenitur quædam tenoris sequentis: «Discretioni tuæ committimus et mandamus, ut de præmissis te diligenter informes, et si vera sint exposita, exponentes ab incestus reatu, sententiis et censuris, et pœnis ecclesiasticis et temporalibus in

utroque foro, imposita eis propter incestum huiusmodi pœnitentia salutari, Auctoritate Nostra hac vice tantum per te sive per alium, absolvas. Demum si tibi expediens videbitur quod dispensatio huiusmodi sit eis concedenda, cum eisdem exponentibus, remoto, quatenus adsit, scandalo, præsertim per separationem tempore tibi bene viso, si fieri poterit, Auctoritate nostra ex gratia speciali dispenses, prolem susceptam, si quæ sit, et suscipiendam exinde legitimam decernendo» Hinc quæritur:

I. Utrum executor ad validitatem executionis quatuor teneatur ponere actus seu decreta distincta, id est actum primum, quo Parochum vel alium deleget ad verificationem causarum; actum secundum, quod executor sive per se, sive per alium, sponsis impertiatur absolutionem, et pœnitentiam imponat; actum tertium, quo sponsis scandalum reparandum iniungatur; actum quartum, quo dispensatio, et prolis legitimatio concedatur?

Et quatenus negative:

II. Utrum sufficiat ponere duos actus seu decreta, scilicet primum actum seu decretum quo parochus seu allius delegetur ad verificationem causarum; secundun actum seu decretum, quo sponsis sive per executorem, sive per alium impertiatur absolutio, et imponatur pœnitentia, scandalum reparandum iniungatur, dispensatio concedatur, et prolis legitimatio; et quidem ita, ut dispensatio et legitimatio concessa intelligatur sub conditione, quod sponsi prius absolutionem obtinuerint, et reparaverint scandalum?

III. Utrum ad validitatem executionis requiratur nova et canonica verificatio causarum, vi litterarum apostolicarum instituenda, casu quo Ordinarius de causis dispensationis exactam et per iuratos testes habitam informationem ceperit antequam preces, pro obtinenda dispensatione Sanctæ Sedi porrexisset?

IV. Utrum verba «in utroque foro absolvas, ita intelligenda sint, ut requiratur duplex absolutio separatim impertienda, una scilicet in foro externo, alia in foro interno; an ista verba ita intelligenda, sint, ut requiratur una tantum absolutio in foro externo impertienda, quæ valeat etiam pro interno.

V. Utrum casu quo separatio sponsorum fieri possit, ad effectum reparandi scandalum, executor ad validitatem executionis separationem eisdem imponere debeat; vel an ad validitatem eiusmodi sufficiat ut executor aliis mediis efficacibus scandalum reparadum curet?

Sacra Pœnitentiaria, propositis dubiis mature perpensis, respondit:

Ad I.^{m} Providetur in secundo.

Ad II.^{m} Sufficere, ita tamen ut dispensatio et legitimatio prolis ab ipso tantum executore effici possit.

Ad III.^{m} Negative.

Ad IV.^{m} Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad V.^{m} Expedire ut scandalum removeatur per separationem, sed non prohiberi quominus alii modi adhibeantur, qui prudenti iudicio Ordinarii sufficiat ad illud removendum.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria, die 27 Aprilis 1886.—✠ F. SIMONESCHI, *Ep. P. Regens*.—(L. ✝ S.)=A. RUBINI, *S. P. Secr. E.*

EJEMPLO MEMORABLE.

Con satisfacción hemos visto en el Album de las Obras de restauración de nuestra Catedral un insigne rasgo de amor patrio que honra sobremanera á su autor. A riesgo de ofender su modestia vamos á dar á conocer esta buena obra, en la seguridad de que há de merecer los plácemes de cuantos de ella tengan noticia y quizá servir de estímulo á los que se hallen en condiciones de imitarla. Léase y júzguese:

«Venancio de Prada y Le-maur Comisario de Guerra »del Ejército español y natural de León; entusiasta por »las grandezas y prosperidad de su patria y de su pueblo, »se ofrece á sufragar de su peculio unas Vidrieras de »colores para esta catedral, donde se hará constar su »nombre ya expresado. León 21 de Julio de 1887. Ve»nancio Prada=su hijo Venancio Prada=su hijo Emilio »Prada.»

ANUNCIO.

El Muy Ilustre Sr. Rector del Seminario Conciliar de Avila y Canónigo Lectoral de su Santa Iglesia Catedral, ha dado á luz un precioso opúsculo titulado *Algunas cuestiones sobre la asistencia espiritual á los enfermos*. Con decir que es obra del docto Sr. Pindado, queda hecha su apología.

Imprenta de los Herederos de Miñón.